

David Heinrich Köpken

**Dav. Henr. Koepkenii, Phil. & Theol. D. & Prof. Duc. Publ. Ordin. Facult. Suæ  
Nunc Decani ... Programma, Qvo In Festo Sancti Michaelis, Ad Festum Hocce qvà  
originem superstitionis, sine superstitione tamen, pieq[ue] celebrandum, Cives  
Academiæ invitati ac hortatur**

Rostochi[i]: Typis Johannis Wepplingi[i], [1720]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003997058>

Druck    Freier  Zugang





T. 512.

1720. Michael.

~~M-1256.~~<sup>164.</sup>

Mrch. 1720.

# DAV. HENR. KOEPKENII,

PHIL. & THEOL. D. & PROF. DUC. PUBL. ORDIN.  
FACULT. SUÆ NUNC DECANI

&

UNIVERS. h. t. RECTORIS,

## PROGRAMMA,

QVO

## IN FESTO

SANCTI

# MICHAELIS,

AD

## FESTUM HOCCEI

qvà originem superstitiosum

sine superstitione tamen,

pieq; celebrandum,

## CIVES ACADEMIAE

invitat ac hortatur.



ROSTOCHI,

Typis JOHANNIS WEPPLINGI, SERENISSIMI PRINCIPIS

& ACAD. Typographi.

A-1256 164

# JOVA JUVA!



Vas foeda s̄aepe invexit superstitio ceremonias, eas suis tamen defœcata sordibus, ab orthodoxa eccl̄ia in usum verti & sine *Ιεροτεμποσία* labe adhiberi posse, non uno patet exemplo. Tempori ut inseriam, provocabo tantum ad hunc ipsum, quem festum jam agimus, diem, Archangelo

St. Michaëli dicatum. Cujus Festi natalia perscrutaturum fugere non poterit, ex impuro satis fonte ejus propullulare originem. Vapulat merito Joh. Burchardo Majo. 1) Bzovius, festum Michaëlis jam ab Apostolo Paulo A. C. sexagesimo institutum gratis asserens. Nesciunt id ipsum Constitutiones Apostolicæ, 2) diem dominicam, festum natale, Epiphania & Pascha tantum memorantes, & seculo tertio Origenes 3) idem silentio involvit, Pentecostes solum, præter adducta, mentione injecta. Seculis autem quarto & quinto licet plura accesserint Festa, nempe circumcisioñis, Hypapantes, Passionis Domini, cinerum, ascensionis, aliaqve sanctorum quoqve in memoriam celebrata; 4) Nulla tamen Festi Michaëlis apparent vestigia. Non enim omni exceptione majorem merentur fidem, qvæ de origine hujus Festi circa A. C. 340. in Ægypto ab Alexandro Patriarcha Alexandrino instituti, refert Eutychius; 5) Porro, inquit, fuit Alexandria Templum magnum, quod exstruxit Cleopatra Regina,

nomini

3) In Programm. de hoc Festo in Acad. Kilon. A. 1698. promulgato, conf. Cel. Fabricius in Bibliograph. Antiq. c. X. p. 340.

2) L. V. c. 13. VII. 31. de valore autem, & pretio harum Constitutionum hic disqvirendi locus non est. vid. Bebelius Antiquit. Eccles. Sect. I. art. 3. pag. 48. it. art. 9. pag. 163.

3) I. VIII. adv. Celsum p. m. 393. Si quis nobis objiciat ex adverso nostras Dominicas, paracevasqve, aut Pascha & Pentecosten recurrentes solenniter.

4) vid. Bebelius Antiquit. Eccles. S. IV. art. IX. Sect. 2. §. 19. sqq. p. 846. sqq

5) Tom. I. Annal. p. 435. conf. Fabricium l. c.

nomini Saturni dedicatum; in quo idolum aneum erat, quod Michael appellatum est, cui Egypci incola festum celebrant. Cum ergo Alexandria Patriarcha factus esset Alexander, ibique obtinuerit fides Christiana, voluit ille confringi idolum & tolli sacrificia, cumque obserarent Alexandrini, ille astutia ipsos aggressus idolum, inquit, istud nulli omnino rei utile est, quod si festum illud Michaeli Angelo celebaveritis, eique hostias istas constitueritis, ipse pro vobis apud Deum intercedet. Annuentibus ergo illis, ex idolo contracto crucem consecit, Templum vero Michaelis ecclesiam appellavit consecrataque sunt festum & victimae Michaeli Angelo; unde adhuc Cophilia eo die Festum Michaeli Angelo celebrant, & victimas quamplurimas cadunt. Quæ Muhammadiani quoque cujusdam testimonio confirmat Hottinger, 6) fabulam tamen sapere affirmat. Nostrum non est has componere lites. Nam quod occidentalem attinet Ecclesiam, Festum hocce Michaelis seculo demum nono sub Papa Leone III. invaluisse, & seculo decimo Germaniam quoque cultus hujus idololatrici gangrena infectam esse constat. 7) Qvamvis igitur Festum hoc recentioris demum ævi sit abortus; ipse tamen idololaticus cum Angelorum, tum præprimis Archangeli Michaelis cultus provectioni gaudet canitie. Horum ἀγγελοθλων ferax quoque ipsum Apostoli cum fuisse seculum, Paulinum nos edocet effatum, quo Colossenses, ne ab his Angelorum cultoribus palmani sibi patientur præripi, monet. 8) Μηδεις, inquit, ιμας καταβεβεντω, θεων ει παπειοφροσυνη του θρονοεια των αγγελων. In explicanda hâc θρονοεια των αγγελων Interpretes alius aliò abeunt. Cultum, qvô Angeli afficiuntur superstitione, obelo notare Panum, ne admittere cogantur αγγελολατρεια Pa-troni, mirum se torquent in modum. Qvod ut elidat Dionysius Petavius, 9) in partes suas trahit Hieronymum, qui hic eos à Paulo castigari arbitratur, qui credentes ex Iudeis Iudaicas

( 2 )

ceremo.

6.) Hist. Ecclesi. Secul. XVI. part. 2. p. 140. seqq.

7.) Post plures Hist. Ecclesi. Scriptores vid. Cel. Lœscheri Reformationis Acta & Documenta T. I. c. I. p. 20.

8.) Col. II. 18. 9.) Dogmat. Theol. T. III. de Angelis L. II. c. X. §. 10 p 81.

ceremonias observare cupiebant; Judæos enim, postquam omnis Judæo-  
carum observationum cultura destruta est, quascumque offerant victimas, non DEO offerre, sed Angelis refugere & spiritibus immundis.  
Ast siculneo hæc interpretatio nititur fundamento. Exstructa  
qvidem Novi Testamenti Ecclesia pessum ivit Synagoga Judaica  
cum suis victimis præsente perfectissimo Christi sacrificio, umbræ  
instar sublatis; Non tamen propterea, DEO victimas immolan-  
do, malis Angelis inserviisse dicendi sunt Judæi, quippe cuius ne-  
gè quidem habet Scriptura, nec ulla idonea subest ratio. Ea-  
dem ferme collimat, quam Magni eiusdam Viri esse, refert Petavi-  
us, 10) sententia, nempe, θεοτοκίας τὸν ἀγγέλων à Paulo nominari,  
non illam sacrilegam Angelorum venerationem, sed religionem  
Mosaicam, eò qvod illa ab Angelis eorumque interventu ac di-  
spositione sit tradita, juxta Act. VII. 53. Tolerabilior hæc esset  
explicatio, dummodo unicus ē sacris Pandectis locus posset ad-  
duci, in quo θεοτοκίας τὸν ἀγγέλων nomine Mosaica insigniretur  
religio; Verum enim vero à causis minus principalibus & mini-  
strialibus, quales fuerunt Angeli inferenda lege Mosaica, illam tra-  
here denominationem, durum videtur & divina hac religione  
indignum. Novis tamen coloribus pingit ipsammet hanc  
interpretationem & incrustat Braunius, 11.) qui per Angelos hic  
intelligendos putat Viros Magni Synedrii, Principes istius seculi,  
qui Angelorum s. Legatorum Dei munus sustinere volebant vi-  
deri, & Patrum traditiones, vetera novaque decreta, ad ferendum  
ceremoniarum jugum proponebant, quibus Pseudo-Apostoli cul-  
tum aliquem præstabant, eos tanquam Legislatores ac Dominos  
venerando, seqve eorum jussis ac placitis subjiciendo. Qvæ ex-  
plicatio cum à proprietate literæ recedat, eidemque vim inferat,  
calculum à nobis impetrare nequit. Literæ igitur inhærentes  
per θεοτοκίας τὸν ἀγγέλων, quam in hæreticis sui temporis repre-  
hendit Paulus, intelligimus cultum eorum idololatricum Ange-  
lis,

---

10) I. c. §. 16. p. 83.

11) in Selectis Sacris p. 129. conf. Theopk. Amelii Erörterung der schwere-  
sten Stellen N. T. Mens. Maj. Anni prioris p. 42+, seqq.

lis, iisq; ve bonis, præstitum. Ad qvosnam vero digitum hic intendant Paulus, accuratius paulo est inqvirendum. Sunt, qui Iudæos tangi, & αγγελατορεις reos agii putant, 12.) pñæ reliquis vero Essenos, quorum Profelyti apud Josephum 13.) jurare inter alia tenebantur, se nomina Angelorum observaturos esse, 14.) quibus Therapeutas jungit Chemnitius. 15.) Plurimi tamen in eo conspirant, Paulum hic ferire Simonianos Simonis Magi asseclas. 16.) De hoc enim Simone Mago & Tertullianus 17.) & Epiphanius 18.) testantur, qvod docuerit Deum majoris esse dignitatis ac fastigii, quam ut de rebus nostris adiri debeat, submissi contra animi signum esse, abjecere se ac prosternere coram Angelis, atque per hos ad præpotentem Deum quærere aditum. 19.) Qui adversus Cerinthum Angelorum quoque adoratorem his verbis Paulum censuram stringere opinantur, cum prioribus ta-

( 3 )

- 12) Nam hi in Litanis suis omnes Angelos juxta literarum ordinem instar βαπτιλόγων adorant, vid. Bartolocelium T. I. Bibl. M. Rabbin. pag. 192. Philonis loca huc facientia adducit Wittbyus ad h. l. vid. Theoph. Amelius l. c. Ann. post mense Martio p. 230.
- 13) L. 2. de Bello Judaic. c. 12.
- 14) vid. B. Itigius de Hæresiarchis ævi Apost. Sect. I. cap. 2. §. 13. p. 35.
- 15) P. IV. Exam. Conc. Trid. pag. 776. Therapeutæ Philonis quinam sint Christianine, an Esseni? in utramque ventilant partem erudit. Essenos intelligendos, cum Thoma Brunone in Dissert. de Therapeutis Philonis adv. Henr. Valesium statuit Cel. Buddeus in Introd. ad Hist. Philos. Hebr. §. 21. in not. u. p. 75. Aliam tamen amplectitur sententiam, & ab Essenis distinctam fuisse Judæorum sectam putat idem Buddeus in Disp. de origine dignitate & usu nominis Christ. §. 15. in Syntagmate Disput. pag. 409. seqq.
- 16) vid. Itigius l. c. & Theoph. Amelius l. c.
- 17) in Præscript. adv. Hær. 33. pag. 81.
- 18) Hæres. 21. Sect. 4. Negat qvidem & mirari se dicit Baronius, Tom. I. Annal. ad A. VI. n. 17. ejusmodi errorem tribut Simoni Mago, cum quo tamen pugnant Cadmæi fratres, Petavius in Not. ad Epiph. p. 40. & Natal. Alexander, Sect. I. cap. 10. p. 52.
- 19) vid. B. Joh. Georg. Neumannii Disp. de Palma ab Angelicis non intervertenda. § XI. pag. 8.

cile conciliantur ; Nam Cerinthum idem docuisse , qvod Car-  
pocrates , auctor est Epiphanius ; 20.) Carpocratem vero ipsius  
Simonis innutritum doctrinis tradit idem , 21.) Ab hisce Hæ-  
siarchis sparsum hocce *αγγελολατριας* virus latius serpsit & ma-  
xime Phrygiam pervasit. Mansit perdiu hoc vitium in Phrygia &  
Pisidia , inquit Theodoreetus 22.) de Angelolatris loquens , & in  
hodiernum usque diem oratoria St. Michælis apud illos , illorumque fini-  
timos videre est. ομοφύλως his fuisse Angelicos , tertii Seculi  
hæreticos, probabile omnino est , qvamvis de illorum appellati-  
one in ancipiti hæreat Epiphanius , 23.) Exclusum sic ab Hæ-  
reticis foedæ superstitionis foetum in gremium suum adoptavit,  
eidemque obstetricata est ecclesia Romana , Angelos & in primis  
St. Michælem cultu religioso prosequens. Hinc tot ædes in ejus  
honorem exstructæ. Childeberto regnante An. 709. in Gallia  
Archangelum Michælem Autberto Episcopo apparuisse , & ru-  
pem eam , qvæ in Abrincatensi dicecesi illius nomine ac religio-  
ne colitur , sibi consecrandam jussisse ex Sigeberto narrat Peta-  
vius. 24.) Hinc , Beati Arch-Angeli tui Michælis intercessione suffulti,  
*supplices te, Domine, precamur, canit Romana ecclesia* 25.) Hinc Ca-  
nisius , 26.) Ego vero , inquit , inter Angelos , qui sunt innumerabiles,  
multisque & admirandis modis nos mortales superant , Divum Michæ-  
lem , ut præstantissimum Archangelum , suspiciam & magnopere colam.  
Et post pauca : Hunc ergo Archangelum ex animo precabor , ut me terra  
vermiculum , qvodammodo sibi suisque sociis similem esse concedat.  
Petam , ut mihi , quamvis imbecillo , fortitudinem spiritus impetreret , ad  
optatam victoriam obtainendam , &c. Illum ipsum ego , ut firmissimum

ac

20) Hærel. 28. pag. 110.

21) Hærel. 27. p. 102. vid. B. Neumannum l. c. It. B. Ittigium, l. c. cap. V.  
§. 5. pag. 53. 22) T. III. Opp. ad Col. II. pag. 355.

23) Hærel. 60. p. 505. conf. Bebelius Antiquit. Eccles. Sec. III. art. 6. §. 26. p. 945.

24) in Rationario Temporum P. I L. 8. cap 4 p. 474.

25) in Missali Romano Clementis VIII. auctoritate edit. p. 457.

26) in Notis Meditationum de B. Michæle aliisque Angelis, conf. Seb. Schmi-  
dli Oratio : an Angelus aliquis creatus sit Praes Ecclesie universae , qvæ  
continetur in ejus Mysterio Gratiae divinæ, p. 642. seqq.

ac fidissimum Ecclesie Rectorem ac Praesidem invocabo, & cum mille pio-  
rum myriadibus dicere non verebor: Princeps glorioſiſſime, Michael Ar-  
changele, eſto memor noſtri, hic & ubique ſemper precare pro nobis  
Filium DEI. Excelſum & venerandum ejus Principatum agnoſcam,  
cui potefas data eſt, ut aperię canit ecclēſia, ſuper animas Sanctorum,  
ut perducat eas in Paradīſum exultationis. Abeant nunc Pontificii  
& cultum ſuum Angelis præſtitum à ſacrilega Hæreticorum  
angelolatria toto diſferre cœlo blaterent; Nunquam ſane ſe  
ab hoc turpiſſimo cum Hæreticis Parallelismo & horrenda Ido-  
lolatria purgabunt, quamvis in eo totus fit omnemque moveat  
lapidem Dion. Petavius. 27.) Purior ſane Christi cœtus ab hac  
superiſtione ſemper abhorruit longiſſime, & ejusmodi Angelo-  
latris uno contradixit ore. Sanctorum Patrum teſtimonia hic cu-  
mulare pagellarum non permittit anguſtia. 28) ſufficiat ex ſecu-  
lo ſecundo Jrenaeus, 29) Non, inquit, invocationibus Angelicis fiat  
aliquid, nec aliqua prava curioſitate, ſed mundè & pure dirigantur  
omnes ad Deum, qui omnia fecit, & nomen Domini noſtri Jeſu Christi,  
cujus nomen omnia praſtat, non autem alterius cuiusdam. Ex ſeculo  
tertio præclare loquitur Origenes: 30) Hos ſpiritus Angelos inve-  
nimus propter divinitatem quandam interdum Deos vocari à S. Scriptu-  
ra, ſed non ſic, ut jubeamur eos adorare, aut diviniſ honoribus colere,  
quamvis dona Dei nobis offerant; Omnia enim vota, omnes inter-  
pellationes, deprecationes & gratiarum actiones deſtinanda ſunt ad  
Deum, rerum omnium Dominum, per majorem omnibus Angelis ſum-  
mum Pontificem, vivum verbum & Deum. Ex ſeculo quarto juvat  
meminifle Synodi, qvæ Laodiceæ in Phrygia A. C. 365. coacta  
eſt, in qua contra Angelolatas Canone 35. ſic decreverunt: Non  
eoſ poterit Christianos reliqua Dei ecclēſia abire & Angelos nominare, vel  
congre-

27) Dogmat. Theol. T. III. L. 2. c. 9. & 10.. Inepita igitur eſt & Garneriſ  
diſtinctio, qvà Papæ am angelolatriam à Paulino interdicto eximere con-  
atur. Qvod contra Pontificios Joh. Davenantius Sarisburiensis Episcopus  
prolixiſ demonſtrat, in Comment. ad Epift. ad Coloff. p. 238. conf. B.  
Ittigius I. c. p. 53.

28) Vid. Bebelius Antiquit. Eccles. per 4. Secula teſtimonia ſuis locis adducens.  
29) adv. Haref. I. 2. c. 58. 30) L. IV, contra Celum p. 233.

congregationes facere, quæ sunt prohibita: Si quis ergo inventus fuerit huic occultæ idolatriæ vacare, sit anathema. 31.) Ut sexcenta alia Patrum testimonia sicco præteream locco. His igitur sanctora docentibus & nostra à fermento Papali repurgata accedit Ecclesia, nec Angelis, nec Archangelo cuidam creato Michaëli cultum præstans religiosum. Evidem Archangelum Michaëlem cum Nostrates Theologi in quinque Scripturæ S. dictis 32.) non creatum sed increatum, Christum Filium DEI intelligi, liquidio satis evicerint, 33.) adorare & religiose venerari nemo nostrum sibi ducet religioni. Festum igitur præsens, *CIVES OPTIMI*, à spuriis & torpidis initiis exortum, ut hactenus audivistis, DÉO tamen placente gratoque celebrare poteritis modo, si beneficium custodiæ per Angelos, à DÉO vobis exhibitum grata recolatis memoriâ, sanctissimos Angelos, ne à vestro arceatis consortio, imitemini, DEUM laudando, voluntatemque ejus, quantum pro viribus à spiritu S. concessis in hac infirmitate licet, implendo, ut adeò jam hic vitæ sanctimoniam redditi, lætissimâ ac dulcissimâ vos lactare ac erigere positis spe, fore, ut aliquando in futuro etiam seculo quoad glorificationē sitis 34.) Hæc sunt *CIVES OPTIMI*, quæ ex officiis ratione occasione hujus Festi monere, & devotam ejus celebrationē ea, quâ polleo, auctoritate vobis injungere, mearum fuit partium; Vestrarum vero erit, sacris publicis frequentes interescere & cum Angelis Nunc & Tunc cœleste illud canere. *SANCTUS, SANCTUS, SANCTUS EST DOMINUS ZEBAOTH, OMNIS TERRA PLENA EST EJUS GLORIA.*

31) Vid. B. Neumannus l. c. it. Bebelius l. c. Sec. IV. art. 8. Sec. 4. §. 7. 8. 9. p. 433. seq.

32) sc. ex Daniele c. X. 23. 21. XII, 1. Epist. Iudee v. 9. Apoc. XII. 7.

33) vid. Seb. Schmidum l. supra cit. item B. Martini Geieri Prælect. Acad. in Proph. Danielen. p. 804. & 964.

34) Matth. XXII conf. 30. Seb. Schmidii Oratio de futura hominum iustitia, in Festo Michaelis Anno 1684. habita, quæ habetur in Mysterio Gratiae Divinae. p. 705. seqq.

P. P. Rostochii sub Sigillo Rectorali,  
d. 29. Sept. Anno MDCCXX.







ac fidissimum Ecclesie Rectorem ac Praesidem invokebo, &  
 ruris myriadibus dicere non verebor: Princeps glorioſum  
 changele, esto memor nostri, hic & ubique ſemper prec  
 Filium DEI. Excelſum & venerandum ejus Principatu  
 cui potefas data eſt, ut aperie canit ecclesia, ſuper anima  
 ut perducat eas in Paradifum exultationis. Abeant nu  
 & cultum ſuum Angelis praefitum a ſacrilega Ha  
 angelolatria toto diſterre cœlo blaterent: Nunq  
 ab hoc turpifimo cum Hæreticis Parallelismo & ho  
 lolatria purgabunt, quamvis in eo totus fit omnem  
 lapidem Dion. Petavius. 27.) Purior fane Christi co  
 ſuperſtitione ſemper abhorruit longiſſime, & ejus  
 latris uno contradixit ore. Sanctorum Patrum teſtim  
 mulare pagellarum non permittit anguſtia. 28) ſuffi  
 lo ſecundo Jrenaeus, 29) Non, inquit, invocationibus  
 aliiquid, nec aliqua prava curioſitate, ſed mundè & pur  
 omnes ad Deum, qui omnia fecit, & nomen Domini noſtri  
 cuius nomen omnia praefat, non autem alterius cuiusdam.  
 tertio praeflare loquitur Origenes: 30) Hos ſpiritus  
 nimus propter diuinitatem quandam interdum Deos vocari  
 ra, ſed non ſic, ut jubeamur eos adorare, aut diuinis hor  
 quamvis dona Dei nobis offerant; Omnia enim vota,  
 pellationes, deprecationes & gratiarum actiones deſſina  
 Deum, rerum omnium Dominum, per maiorem omnibus  
 mun Pontificem, vivum verbum & Deum. Ex ſeculo  
 meminifle Synodi, qvæ Laodiceæ in Phrygia A. C  
 eft, in qua contra Angelolatras Canone 35. ſic decre  
 oportet Christianos relictæ Dei ecclesia abire & Angelos n

27) Dogmat. Theol. T. III. L. 2. c. 9. & 10.. Inepta igitur e  
 diſtinctio, qvæ Papæ am angelolatriam a Paulino interdicto  
 tur. Qvod contra Pontificios Joh. Davenantius Sarisbur  
 prolixius demonſtrat, in Comment. ad Epift. ad Coloff. Pe  
 litigius l. c. p. 53.

28) Vid. Bebelius Antiquit. Eccles. per 4. Secula teſtimonia ſuis

29) adv. Haref. l. 2. c. 58. 30) L IV, contra Celium p. 233

